...ticis, Scythis devictis, civitates in Hellesponto condiderunt, Euxinumq; mare splendidissimis civitatib9 locupletarunt: verùm ubi voluptatib9 cesserunt, cessit virtus quoq; et civitatis robur. Liquet utiq; ex his Sole liqdo liqdius: qd voluptas sit malum blandissimum, fœdissimum, damnosissimum. Plura igr non addam: sed potiùs ad finem ppere pperans, tandem etiam, qd Poëta ad Fabulæ calcem annectat, paucissimis indigitabo. Fingit, Pandoram jussu Jovis et Mercurii servitio ad Prometheum qdem primitus fuisse deductam; ap. illum verò, utpote hoiem circumspectum et callidum, non invenisse locum: sed ab Epimetheo demum, Promethei fratre, fuisse assumptam; cum hoc eventu: ut Epimetheus ois generis mala indè fuerit expertus, pœnitentiaq; ductus, serò nimis stultissimum factum deplorarit. Ad etiam hoc membrum perquam apposite quadret ad Voluptatem vel ex utriusq; fratris noie licet pspicere. Prometheus providum hoiem; Epimetheus verò imprvidum et stultum notat. Quæritis jam, Auditores, quam Promethei, quam contrà Epimethei dici mereantur? Promethei axioma merentur illi; q fallaci et impudenti Voluptati, qndo in aios penetrare tentat, introitum pcludunt, contraq; ejs lenocinia aures obturant. Epimethei verò jure audiunt, q sunt imprvidi, parum aut nihil in longum consulunt, prima habent, quæ in pſentia suavia sunt, atq; multis sanè ppter hoc angustiis et difficultatib9 et calamitatib9 premuntur, et ppetuò ferè cum illis conflictant9: interim tn genium suum placant, atq; insup ob rerum impitiam multas inanes spes intra aium volvunt: qb9 tn veluti suavib9 insomniis se delectant, atq; miserias vitæ suæ condiunt. Sed ne Vos, Auditores Optimi, longiori Orationis ambitu plus æquo detineam, pedem heic figo, ne vestrâ in audiendo patientiâ, meaq; in dicendo impitiâ abuti videar. Dixi itaq; breviter, si non ut volui, tn ut potui, non qdem Oratorio more, sed simplici stilo ac stylo de PANDORA, quam utrum ratione ingressus, pgressus et egressus, ita contulerim cum voluptate: ut neq; lac lacti, neq; ovum ovo similius ee videatur, Vos feram Judices. Ego interim restare nihil aliud video: nisi ut debitas boni monitoris partes suscipiam, susceptas expleam his verbis: O Homo, qsqs es, si Promethei, hc, Prudentis nomen obtinere amas, cave pejs et angue, ut fallacissimam, ita pniciosissimam fuge voluptatem: ne tandem cum stulto Epimetheo calamitates tuas serò nimis deplorare necessum habeas! Paucis:

Sperne voluptatem: nocet empta dolore voluptas.

Sebastian9 Seifertus
Boleslа-Silesius. s.